411. Il nodo di Gordio

Alexander, victo rege Dario apud flumen Granicum, et omnibus civitatibus Graecis proximis litori liberatis, ad Phrygiam contendit, sperans se caput illius regionis, Gordium nomine, facile capturum esse. Neque spes eum fefellit: nam urbem in dicionem suam brevi tempore redegit. Haec urbs, quae a Gordio, regis Midae patre, nomen capiebat, sita erat in via regia, quae Susa ducebat. In lovis tempio eius urbis ostendebatur vehiculum, quo patrem Midae in urbem Gordium vectum esse constabat. Huic vehiculo iugum compluribus nodis implicatis annexum erat. Antiquum oraculum autem cecinerat eum, qui nodos solvisset, tota Asia potiturum esse. Complures illos nodos solvere frustra conati erant. Etiam Alexander in illud templum ingressus est, vaticinium cognovit, et cupido solvendi nodos in eius animum incessit. Sed cum diu omnia frustra expertus esset, gladio destricto, nodos secuit, dixitque eos solutos esse.

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	....
	voto	

nome e cognome .... classe *3i* data *18/10/2008*

412. Romolo e Remo

Proca, Albanorum rex, Amulium et Numitorem filios habuit quibus regnum reliquit, ea lege ut alternis annis singuli regnarent. Sed Amulius, post regni annum, imperium fratri non dedit; quin immo eum in vincula coniecit et, ut subole privaret, elegit Vestalem eius filiam, Rheam Silviam, ut perpetua virginitate teneretur. Sed cum ea a Marte geminos filios, Romulum et Remurn, peperisset, Amulius eam crudeliter punivit parvulosque in Tiberim abiecit. Quos cum aqua in siccum reliquisset, ad eorum vagitus lupa accurrit eosque uberibus suis aluit. Cum mox parvulos Faustulus pastor invenisset, collectos Accae Larentiae coniugi educando dedit. Hi postea, cum crevissent, Amulio interfecto, Numitorem avum in regnum restituerunt; postea urbem condiderunt, quam Romulus augurio victor Romam vocavit; et ut eam muniret, edixit ne quis vallum transiliret; sed Remus fratris edicto irridens vallum transilivit, statimque a Celere centurione iuxta regis iussum interfectus est.

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)	....
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)	....
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)	....
	voto	

nome e cognome .... classe *3i* data *18/10/2008*